

rum ac vitile iudicetur. Vnde horum miscelam præ reliquis alijs quasi semper adiun-
ctam vehunt purgantia medicamenta, vt videre est apud Galenum, & præsertim apud
Mesuen in Canonibus Vniuersalibus. qui tantum aromatis tribuit, vt existimaue-
rit non tantum medicamentorum malignitatem his corrigi, principes corporis nostri
partes corroborari, sed & purgantium facultates per aromata ad singulas partes de-
duci, per Nucem Myrsiticam ad caput, per crocum ad thoracem, per spicam Nardij ad
hepar, per Acorum ad splenem, per Zinziber demum ad iuncturas. que tamen non
sunt huius loci examinare. satis est nos causam reddidisse, cur Author Aromatis in
libris suis concedere primatum voluerit.

De COAPATLI, quam etiam TLAMACAZQUIPAN
vocant. Caput Primum.



COAPATLIS, ab alijs Tlama-
cazquipan nuncupata, herba est,
folia mali Persice similia ferens, sed
aliquantò ampliora; primo statim
exortu, hinc inde cauli adhaeren-
tia antica, postica verò parte, nudum dimittentia
caules, teretes, & rotundos, flores comantes paruos
in summo, & luteo candicantes. Radix fibrata
est, muscum redolens, amara, & glutinosa, acri-
moniaq. paticeps, calidaq. & sicca quarto ferè
ordine, constat natura. Nascitur Tyaubtepeci,
quare febrium frigora tollit, statim discutit, ossa
consolidat, vrinam euocat, crassos, & lentos hu-
mores attenuat, & dolores quosuis à frigore ori-
ginem ducentes placat. ius decocti dicitur eua-
cuando curare dysenterias; cortex verò radica-
typos quartanas, idem semiuncie pondere de-
uoratus per nouem dies continuos, dolores è lue.
Indica ortos, curare fertur, præcipue si totidem
diebus duplum ponderis infundatur. prima-
namque die aiunt euacuare omnes humores, re-
liquis non adeo; plurimumq. corroborare, atque ita mederi exquisitissime
morbo.

NOTE IOANNIS TARENTIILYNCEI.

Herba hec in corymbifero genere continetur. id enim non solum coma lutea demon-
strat, sed & odor aromaticus, & sapor excellens euincunt. ad hec, folia isa cauli ad-
herent in omnibus comosis, vt latitudine sua plerumque sine pediculo, vel saltem folia-
ro dimidium ferè caulem amplectantur. Exemplo sunt Ageratum, Costus horiorum, Cal-
tendula, Gnaphalium Americanum.

De

De COAPATLI TEOITZTLÆ. Cap. II.

COAPATLIS TEOITZTLÆ.

Coapatlis II.

COAPATLIS TEOITZTLÆ,
quam alij Tzac Coapatlin vocat, her-
ba est, Limonica mali folium habens. cui-
us caulis, teres, & fuscus, squalesq. est;
flos verò luteus, radix fibrata: TEOITZTLÆ pro-
uenit, vnde cognomen est impostum.
Cortex radica trium drachmarum pondere
deuoratus, quartanarum horrores, tollit;
& aliarum febrium frigora, & horrores.
Ius verò decocti eius infusum, lenit mem-
brorum dolorem, sapitq. oleiq. muscum.
acris est, calidaq. & sicca temperie ordine
ferè quarto, & subtilium partium. vrit enim,
ac guttur lancinat.

Congener videtur hæc planta priori, nam
ex quavis ala folij cuiusuis, exit pediculus flo-
rem deferens. vt etiam in Absinthio & simili-
bus videre licet.

Huc affinitate nominis pertinet Coapatlis de
Tepequaquilco, Herba est, que radice crassa, pulli
coloris, constat, inde tres caules oriuntur raris so-
lijs (folij latitudo vnus, longitudo trium digi-
torum) ad summum vsque vestiti, instar Lyfima-
chie, luteæ. in summo flos albus totus, pap-
posus; luteis tamen quibusdam luteis compa-
rentibus.

De TEXAXAPOTLA, seu Pear-
mica Indica. Cap. III.

TEXAXAPOTLA, seu lapidum per-
foratrix, quam alij Tzimpalibuzpatlin,
seu sternutamentum mouentem vocant, her-
ba est, folia Lini exilia ferens, caules tenues
serpentes per terram, purpureos; & flores
multos, pallentes, radicemq. tenuem. oleiq.
tota planta mala Medica mirum in modum,
sapitq. acris est. Nascitur calidis in regionibus
Quauhnaçensibus, Tlaquiltenaçensibus, &

C 3 in agro

in agro Hoaxtepecensi, adhærens saxi. calida, & sicca ordine ferè quarto, subtiliumq. partium. quare admota naribus, inspiratoq. eius vapore, medetur grauedini, & capitis dolori, citato sternutamento, & euocata pituita per os, oculos, atque nares. Mirum est in hac herba, quod nos fumus sæpius experti, confricato ea madente lapide, vel quinque vncias crasso, admotiq. aduersè parti naribus, ita percipi odorem, ac si naribus ipsis herbulam admouisses. tanta enim est naturæ vis, vt exiles herbulæ durissima, crassaq. saxa, ac ferè mollia, & nulla penetrent. Eadem tusa, illitaq. ante quartana febris accessionem, eam curat, vtero confert, menstrua euocat, vrinam ciet, referat obstructa, infrigidata calefacit, sudores elicit, dolores mitigat, ventericulum, cor, & caput, deuorata, vel applicata firmat, hydropem curat, medeturq. impetigini, & scabiei, nec tinea parci confricata.

De XOCHINACAZTLI, seu Flore auriculæ. Cap. IV.



XOCHINACAZTLIS, seu flos Auriculæ, arbor longis, & angustis folijs virore exaturato tinctis, & e pediculo veluti marcido, propendentibus in inferiora. flores in folia diuisos, interna parte purpureſcentia, externa herbacea, auricularum penè forma, iucundo odore. Nascitur in calidis regionibus, nec quicquam est frequentius in Indorum emporijs inuenire, aut maiori habitum in pretio, quam flos celeberrimæ potioni gratiam summam concilians, suauemq. odorem, & saporem, & salubrem quandam naturam, potioni *Cacaotl* addens. Calidè ordine quarto incipiente est temperici; sicca ferè tertio. ex aqua namque deuoratur, flatum dicitur discutere, pituitam extenuare, ventericulumq. frigentem, aut debilem, atque etiam cor, calefacere, & stabilire.

Fruſtus huius arboris est silqua, longitudine sex vnciarum, crassitie vero vnus digiti. semina

intus ex mutua compressione sunt angulosa, suntq. coloris sanguinei.

De XOCOCHITL, seu Pipere Tauasi. Cap. V.

XOCOCHITL, seu flos acidus vocata, arbor est magna, mali Medicæ folijs, floribus coccineis, mali Punice forma, sed odore florum mali Medicæ, atque adeo iucundiori, quod etiam folia ipsa vincunt. fructu orbiculari, acinoso, racematim dependente, primò viridi, mox fuluo, ac tandem in

nigrum

nigrum colorem inclinante, acri, odoratoq. & ordine tertio sicco, atque calido. Piperis vicem supplere potest, & pro Carpobalsamo, aut Carpesio substitui. Roborat cor, ventericulumq., vtero confert, flatum dissipat, obstructions aperit, vrinam & menses euocat, frigus pellit, cholici, & iliaci opitulatur, venerem excitat, crassos, & lentos humores incidit, & concoquit. quin additis *Colopatl*, *Coapatl*, *Tzizicaztli*, & *Ololuhqui*, & applicata dorso, ex refina, fluxiones alui coerct, appetentiam excitat, iliaci confert, frigoriq. & aneurismatim edetur. Nascitur apud Copitlanenses.

De ACOCOTLI QUAVHNAHUACENSI, & TEPOZTLANENSI. Cap. VI.

ACOCOTLIS

ACOCOTLIS
alia Icon.



PLANTA, quam *Acocotli* Quauhnahuacenses vocant, & *Chicipatl*, *Te* *poztlanenses*, herba est, folia ferens *Nardi montani* folijs similia, in quina tamen diuisa foliola, quorum aliqua sunt sinuosa. in extremis verò caulibus, qui dodrantes, tenues, ac teretes sunt, stellatos flores è pallido rubescentes, radices binas glandibus pares in totidem fibras definitentes, fuscas extra, intrinsecus verò candidas. hæc ad speciem *Ligustici* videntur spectare. Nascitur in montibus *Quauhna* censibus. Radix gustu odorata, amara, & acris est. calefacit & exicat ordine tertio. eadem vnciz vnus pondere deuorata,

alui

ACOGOTLIS

Ligustici facie.



De ACVEYO, seu OCIXOCHITL, seu OMIGUILITL
(cap. VII.)

ACV EYO, quam Ocixochitl, seu Omiguilil appellat, herba est, folia An, mollia, minoraq. producens, caules vero feniculaceos, quatuor cubitos magna ex parte longos, virore interdum diluto, interdum vero exuratione tinctos, pollice crassos, ac per interualla geniculis interceptos, ac fibratam radicem. caules conduntur, ac in nonnullos vsus seruantur. crudi quoque edules sunt, gratiq. odore, ac sapore constant. Prouenit calidiss regionibus iuxta aquarum riuulos, qualis est Quauhtepencensis. Calida, & sicca ordine ferè tertio prædita est natura, estq. tenuium partium. quare jus decocti foliorum infusum, aut eorum, statim, aut ab eo creatos dolores lenit. pellit frigus, obstructions releuat, viscera in frigiditate calefacit, euocat vrinam, renes ac vesicam emundat, expurgat vterum, venerem excitat, ac trahit menses, lentos crudosq. humores attenuat, ac concoquit, sudorem elicit, corpusq. vniuersum perspirabile reddit.

De

alui dolorem subleuat, statim discutit, vrinam euocat, sudorem elicit, frigus pellit, ventriculum ob frigus imbecilem confirmat, cholice aduersatur, obstructa reserat, & tumores admota dissipat.

Recte quidem auctor ait, hanc plantam similem esse Nardo, quoad radicem, caulem, & folia. flos tamen nullo modo respondet. Nardus enim, vt & Valeriana, umbellam habet, in qua singulis seminibus flos insidet, papposus. In hac autem planta, flos est Chrysanthemi, vel Bellidis.

Alia tamen figura eiusdem nominis satis congruit Ligustico, vel Podagrariae dicte. folia enim eodem modo habet incisa. vnde non incommode huc referri poterit, licet florem non appinxerit.

De APOYOMATLI, seu THATZISIRANDA Cypero
Americano. (Cap. VIII.)



APOYOMATLIS, quem alij vocant Phatzisiranda, folia fert porrecta, longiora tamen & exiliora, Cyperi, Schoenanthiue familia: ad quorum species videtur pertinere. caules lunci instar, medulla refertos, geniculatos, sesquiulnalongos. Florem paruum, & angustum. Radicem longam, & tenuem, tuberculis rotundis per interualla nodatam, capillatamq. Huius radices vocant aliqui Diuæ Helenæ precarios globulos. odorata est hæc planta, & acris. calida, & sicca ordine tertio, & quartum circiter attingens, non sine quadam adstringentia, & resinati sapore. Prouenit Tacambari, & Tepocaculci iuxta riuos, & aquosa. Pectoris dolorem, tusa, ac deuorata sedat. imposita, verò dysenteriam compescit, & ventriculum. cerebrumq. & cor roborat, & vtero confert.

Nicolaus Monardes hunc Cyperum vocat radicem S. Helenæ, quod ex parte eius nominis, in Florida sito deferatur. sed in eo differt ab Authore nostro, quod radicem in secundo gradu calidam asserat, cum in tertium, vel quartum gradum vsque hic euehatur. nisi forte in sicca temperamento mutetur, vel loci varietas eam adferat differentiam. Carolus etiam Clusius lib. 4. cap. 10. eandem admodum similem describit, Drakene radice nomine, cuius tamen odor emanat vna cum sapore.

De ATEPOCAPATLI. (Cap. IX.)

ATEPOCAPATLIS herba folia producit Amygdali folijs similia, aspera; caules duas spirithamas longos, tenues, teretes, ac purpureos; flores pallidos promiscue, coccineosq.; radicem transtuerfam, e qua alie multe prodeunt, Aphodeli, Rapunculiue similes, quæ gustatæ refinam sapiunt, & glutinosæ non sine quadam amaritudine sentiuntur, præterquam locis, & suaves temperatis exultat regionibus, montosis, aut campeltribus locis nasci gaudet. Septembri floret. radices verò, quarum est vsus in medicina, veluntur a Nouembri vsque ad Ianuariam, & in vniuersum annum reconduntur. Calida & sicca ordine ferè tertio sunt temperici. atque ita sex obolorum mensura, ex aqua voratæ



Et hæc herba è Buphtalmico, vt ita dicam, siue Corymbifero, est genere. vnde vi sua aromatica omnia, quæ in humano corpore latitant, humorum vitia expurgat. Et sic sterilitatem auferit, febrisq. extinguit. Ablata enim causa febrium, prauis nempe humoribus, qui tanquam carbones in corpore delitescunt, ipsum accendunt, suisq. exhalationibus in paroxysmum agunt, necesse est ipsam febrem desinere. vnde videmus aquam frigidam copiosissime hauritam non suo frigore prodesse, idem enim præstat aqua calida, vel vinum, vel quis alius liquor, sed sit expurgatione, vel per vomitum, vel per sudorem, vel vtroque modo.

De CARTOPHYLLO. Cap. X.



Adem

vorata, ventriculum, renesq. frigida intemperie laborantes restituit, atque confirmant. medenturq. sterilitati ab eadem causa abortæ, sunt ex Indis medicis, qui asserant, decocta radices ius, aquæ fontanæ, aut fluuiialis loco bibitum, extinguere febres. quod non videtur rationi consentaneum, ni febrium intermittentium frigora, rigoresq. ita finiri velint, aut alicunde vacuata causa febres cessare. etsi negare non possim, frigidas etiam partes in planta latere, quarum ope id possit, aliquando euenire.

Et hæc herba è Buphtalmico, vt ita dicam, siue Corymbifero, est genere. vnde vi sua aromatica omnia, quæ in humano corpore latitant, humorum vitia expurgat. Et sic sterilitatem auferit, febrisq. extinguit. Ablata enim causa febrium, prauis nempe humoribus, qui tanquam carbones in corpore delitescunt, ipsum accendunt, suisq. exhalationibus in paroxysmum agunt, necesse est ipsam febrem desinere. vnde videmus aquam frigidam copiosissime hauritam non suo frigore prodesse, idem enim præstat aqua calida, vel vinum, vel quis alius liquor, sed sit expurgatione, vel per vomitum, vel per sudorem, vel vtroque modo.

ARBOR est ramosa, Caryophyllus, Lauri, forma, magnitudine, folijsq. persimilis, sed angustioribus, & copiosis. floribus oblongis, & clauorum instar, sed capitulis trifidis, primo candidis, mox viridibus, deinde rufescentibus, ac tandem in nigrum inclinantibus colorem, & in Caryophyllos ipsos euadentibus. Nascitur Maluccis, vbi fructum fert, cum reliquis in locis sterilis sit. Vires cunctis notæ sunt, formam tantum exprimendam. curabinius non adeo perfectam omnibus, ex ramo ornato floribus ad nos ex Maluccis allato. etsi non desint, qui dicant Caryophyllum nihil aliud esse, quam rudimentum fructus, que admodum in Malis, ac Pyris videre est, floremq. producere quaternis folijs constantem, & fructum huic rudimento insidere multis fibris plenum, veluti Myrti flos.

Adem

Eadem fere apud Garciam ab Horto leguntur, & apud Clusium lib. 1. cap. 16. qui similiter indicat ipsum Caryophyllum, esse rudimentum fructus, in Nois ad Garciam.

DE CASSIA, LIGNEA, CINNAMOMO, seu Cannella. Cap. XI.



MEDIOCRIS arbor est Cassia lignea. Folijs Lauri Citriue formam, referentibus, frequentibusq. ac ternis nerueis discursibus secundum longitudinem procedentibus. Fructu nigro, & albenti flore. folia corticis ipsius saporem referunt, sed minus acrem, & celerius elanguescentem. ternis quibusque mensibus arborem delibrant, corrasa prius cuticula, quæ amara est. Cortex ipse recens adeo lubricus sentitur, atque glutinosus, vt manus dentibus adhereat, additusq. ferculis eadem in saluosam quandam conuertat naturam; postea verò qua cernitur substantia constat. de qua in tanta luce nihil addendum putauì, præterquam experimento esse iamnotum Cassiæ, Cinnamomum, & Cannellam ex eadem perpetuò arbore, non ex diuersis, (quicquid antiquiores herbarij tradiderint) esse propagata, & varijs nominibus nuncupari. Ob ingens namque precium, maioremq. hominum lucri cupiditatè adulterabantur aromata, & ob hoc (tameñ plerumque eiusdem essent generis) diuersa illis indabantur nomina. In Mindanai, insula Philippica, vnde ramum magnum accepi, & alijs Indiæ orientalis partibus copiosè prouenit.

Historia Cinnamomi admodum eleganter descripta est à Garcia & ab Herbario Lugdunensi, in Appendicis capitulo primo. ex quorum descriptione, manifestum est illud esse Laurum quandam orientalem.

De

DE COAPATLI QYAVHNACENSI. Cap. XII.
COAPATEIS QYAVHNACENSIS.
Coapatlis 1111.



COAPATLIS herba est Folia ferens teretes, & purpureos, ac sex spithamas longos; Flores in summis caulibus albos, pilosos, & orbiculares. Radix fibrata est. nascitur in calidis. Radix est acris, amara, & impense odora; calidaq. & sicca ordine tertio, & subtilium paruum. Eadem femiuncie ferè pondere deuorata ex aqua, flatus discutit, tormina sedat, perfrigerationi medetur, sudores euocat, & urinam. medetur egregie colicis.

Flos huius herbae depingitur luteus, sed in albedinem tendens, similitudinem habens Come aurea. Calyx autem squamosus est aliquo modo sicut in Senecione. folia tamen aliter se habent. nam tria semper ipsum caulem ambiunt, quod admodum rarum est in genere Corymbifero. sic Eupatorium binum ex aduerso habet folia, ut & congeneres.

DE CVRVTZETI. Cap. XIII.



CVRVTZETI vocata planta à Michuacanenſibus, ab alijs *Aphatzipumzumati*; aut *Aphatzifranzua*, nos verò *Afarum* Michuacanicum dicimus, seu hædorum oculum, ob foliorum figuram, & prolixarum radicum impense suauem odorem. herba est, Folia ferens tenuia, mediocria, & vitigineis proxima, sinuosa, ferrataq., supernè virentia, ac squalentia infernè. Caules cubitales, leues, lentos, teretes, ac graciles. Flores luteos, exiles, & comantes, vnde generatur sem. n. fuscum, & quamminimum. Radices multas, tenuesq. & fibris similes, Ellebori albi instar. Nascitur in frigidis, ac montuosis prouinciæ Michuacanenſis. Radix sola in medicamenta venit, quæ acri constat sapore, & suauissimo Musci odore. Calida est, & sicca in tertio ordine, & partium tenuium. puluis eius ex aqua, vino; Buglossiuè, aut Melissophylli succo, aut stillacitiâ aqua

aqua deuoratus sex obolorum pondere iliacos dolores sanat, cor roborat, ventriculum calefacit, ac frigore imbecilem confirmat, coctionem procurat, viscerum temperiem frigidam tollit, satietati medetur, obstructions aperit, & quicquid renum, vesicæq. obstruit meatus, emundat. mensurâ, urinamq. prouocat, vtero confert; venenatis potionibus aduersatur, flatum discutit, ac vires restaurat. Ius decocti, succusue idem præstat. nec non puluis addito melle, aut saccharo in confectiones, quas *Electuaria* vocant, conformatur. Quin radix huius herbae adiuncta Cacanacæ æquis poderibus drachmæ vnius, humores crassos & lentos euacuat, flatum generantes, & Gallicam luen efficientes. Dignissima hæc planta est; ob iucundissimum radicum odorem, quem cum primum naribus admouentur spirant, ut transferatur ad Hispanos & ad reliquos orbis plagas paulò gelidiores. Aiunt indigenæ febribus magnoperè aduersari. quod euenire poterit, aut rigoribus sedatis, aut pulsibus aliqua parte humoribus. sunt qui *Tzipatsi*, & *Tzipese* vocent.

Quamuis auctor hanc plantam velit Asarum vocari ob odoris præstantiam magnamq. eius similitudinè, tamen quò ad genus in Corymbifero reponenda est, flos admodum similis est flosi Cacalia, è rubro in album tendens, calyx similiter squamosus è luteo rubet.

DE HOITZILOXITL *Anethum*, seu arbore resinam manante. Cap. XIV.

ARBOR est *Hoitziloxitl* mediocris, Liquidambaris plantæ par, stipitem edit leuem, rectum, extra exsaturato virore tinctum, intra verò candicantè, folia ferrata, acuminata, oblonga, & Ocyminis quadantenus similia; flores pallidos, ex candido in luteum colorem vergentes. gustu arbor hæc, atque etiam odore, quauis sui parte, mirè refert *Anethum*, eiusq. effectus præstat, verum efficaciores, non sine quadam adstringentia. Nascitur in calidis regionibus Quauhacensibus, & vbi cunq.; ligni frustum infodiatur, radices statim agit; calida enim, & sicca prope ordinem tertium videtur natura. folia tusa illitaq., frigora febrium arcet. ius decocti corticis urinam, & sudorem euocat, obstructa aperit, quartanam curat, trahit menses, cor roborat, tumores præter naturam discutit, medetur satietati, firmat ventriculum, & vapor decocti Scorpionum ictibus medetur, ac Gummi odoratum fundit. Diuersa est autem hæc arbor ab ea, quæ *Feniculum* respicit. apudq. Floridam nascitur regionem; & iam apud Hispanos sub nomine *Sassafras* circumfertur. quam, tamen adhuc reperire apud novos Hispanos non potuerim, audiamq. apud Michuacanenſes prouenire, ex ramo tamen ad nos à Floridis allato, & descriptimus, & curauimus depingendam, ut latius haberetur suo capite inter arbores inferius posito.

De *TLLIXOCHITL* seu flore nigro. Araco Aromatico. Cap. XV.

Camilla.
VOLVIBILIS herba est *Tllixochitl*, folijs Plantaginis prædita, sed pinguioribus, & longioribus, vitoreq; infectis saturato, singulis ex vtraque parte caulis alternatim exorientibus; ac siliquis longis, angustis, & penè teretibus, olentibus muscra, aut Balsamum indigenum, nigrisq; vnde nomen. Calidis regionibus prouenit, humidibusq; Arborea amplectitur, & prædictas siliquas verno tempore profert. Calida hæc sunt ordine tertio; addiq; solita *Cacaoail*; & *Mecaxochitl*: siliqua binæ ex aqua resoluta; & potata: vrinam cient, menstrua euocant. cum *Mecaxochitl* partum accelerant, ac secundas, mortuumq; fœtum trahunt, ventriculum calefaciunt, & roborant, flatum discutunt, humores crudos concoquunt, atque attenuant, cerebro vim addunt, & vtero auxiliantur. Aduersus venena frigida, gelidosq; venenatorum ætus, eadem siliqua dicuntur esse remedio.

Folium longum est vncias undecim, latum sex, siliqua vero longa vncias sex, crassa digitum vnum.

De *AXIXTLACOTL*, seu Virga Diuretica. Cap. XVI.

AXIXTLACOTL, quam alij *Quapopatzin*, alij verò *Tzacaxibuitl* vocant, folia Anchuse similia fert, minora tamen, serrata, mollia, exilia, hirsuta, & interuenijs secundum longitudinem procedentibus insignita. Caules tenues, teretes, & purpureos, & radice fibrata Elleboro albo proxima, mittit: flores per vniuersos ferè ramos exiles, ex albo pallentes, & veluti coaceruatos, odoros, actisq; saporis. Radix, cuius est præcipuus vsus, gustu est odora, tenuium partium, calidæq; & sicca secundo ordine temperiei. Prouenit apud Mexicanos montosis, saxosisq; locis. Radices tusa & applicata infixa, extrahunt, pora verò trium drachmarum pondere vrinam mire euocant, eiusq; extergunt meatus, cholico affectu laborantibus succurrunt, faciei maculas emendant, scabiem capiti puerorum, & vniuersi quoque corporis curant, febres euocato sudore finiunt, minuunt splenem, dolores sedant, flatum cum *Coltsol*, & *Chichit. sibuitl* discutunt, satietati medentur, hydropiq; ac dissipant præter naturam tumores. Et quamquam ita se hæc habeant, ab euocanda vrina solum nomen imponere, aut quia ea est præcipua, aut præcellentior eius dos, aut quia quidam ex Indis medicis, qui vniam tantum, aut alteram facultatem singularium herbarum sibi cognitarum norunt, aut eam per manus traditam, veluti hæreditario iure a maioribus, adeoque a parentibus ipsis etiam medicis acceperunt, vrinæ solummodo ciendæ ferebant auxiliari, quod & nomine ipso expressere. quæ omnia de reliquis etiam plantis simul dicta esse volo.

De

LIBER SECVNDVS. 39
 DE HOITZ XOCHITL Arbore Lonchifolia. Cap. XVII.



ARBVSCVLA est *Hoitz xochitl*, comata, folia ferens Myrti longè maiora, sed rigidos, nocuosq; mucrones præferentia: florem Coccineum, orbicularem, & modicum, quem Indi filo transfossum in suis emporijs globulorum precariorum more venditare solent. Huius est præcipuus vsus tum in medicamento, tū in condimento. Prouenit verò *Cuixici*, & *Tototepeci* calidis quibusq; locis, apud quos cortex ligni curat a Gallica lue ortas eruptiones leuigatus, & inspersus. Nuclei fructus resoluti ex aqua, & naribus instillati, dolorem capitis leuant, & dentibus applicari eorum quoque leniunt dolorem. Flos enim calidus est, & siccus ordine secundo, cum insigni quadam adstringentia, initio dulcedinem quandã præferens, & tandem ostendens amaritudinem. Vterinis subuenit affectibus, cor roborat, & Croci in condimentis parandis, dapibusq; præstat vicem. Exhiberi autem solet prædictorum vsuum gratia ius decocti florum, bibendum, aut infundendum. Sunt qui *Xochipaltic*, alij *Neuhxchul*, & quidam *Hoatz xochitl* vocant.

Folia longitudinem habent quinque vnciarum, latitudinem vero duarum. fructus pomo similis, colore Amygdala cui florem insedisse videtur.

DE CHICHICPATLI.

Cap. XVIII.



HERBA est *Chichipaltis* ab alijs *Techichic* vocata. folia Chamædryos ferens, alpera, & luteos flores circa postremos caules coaceruatos, & caliculis oblongis contractos. Caules quaternas ferè longos spithamas, & radicem furculosam. Folia odora sunt, & amari saporis. Radix amaritudinis ferè experts, odora, & acris, calida siccaq; natura, & tenuium partium. Prouenit *Tzoluca* inter sata. Egregium est medicamentum, ab indigenis habitum maximi. nam appetentiam deiectam radices excitant. folia tusa pugilli mensura, atque ex aqua deuorata, tumores discutunt,

D 2 matu-

maturantur. dolorem alui leniunt, frigori obstitunt, flatu discutunt, scabiem capitis curant, & pediculos necant.

Quercula species hęc esse videtur.



DE HUCUVIRO Saluifolia.

Cap. XIX.

HERBA est *Hucuviro* folia habens Saluæ proxima, serrata, in fernè subalbelcentia, & circa exortum latiora, pediculis appensa prolixis. Flores promiscuè cyaneos atque coccineos. Radix tenuis est, & longa. odor, saporq. est Italicus Nardi, quam alij Lauendulam vocant. calida & sicca est temperiei. medetur dolori ventriculi, & alui. bilemque ac pituitam vomitu pellit, si cocta, aut calens apponatur ventriculo, idemque auxilium altera die repetatur. Nascitur in iugis, & temperatis montibus Prouinciæ Michuacanenſis.

DE TOLOXOCHITL Aristochoyca.

Cap. XX.



ARBOR est magna *Toloxochitl*, folijs Mali Medicæ, duplo tamen longioribus. umbilico, ac flore, cordis figura, multis folijs stipato candidis, intrinsecus rubescentibus, pinguibus, leuibus, tenacibus, adstringentibus, glutinosis, & suauiter odoratis. Nascitur temperatis regionibus, qualis est Mexicana, campestribus, atque humilibus locis. posseque quantum coniectura assequi valeo, in hortos Philippicos, seu Carpentarios, seu Hispanenses transferri. Floris folia calida sunt, & sicca temperiei, quæ adduntur decoctis, aut ipsi potioni *Cacaouil* non sine cordis & ventriculi corroboracione, atque adfrictione fluentis alui (si opus est) eximia. ius decocti cordis eius *Mecaxochitl*, *Mexochitl*, *Xochmacaxtilis*, *Tilaxochitl*, & *Cocopatlis*, cum Cauda *Tlacuaxim* vtero infusum, eximium

mium est sterilitatis remedium. Habetur ab indigenis maximo pretio, tum ob medicos vsus, tum ob floris eius aspectum, & odoris præstantiam.



De TZACTLACOCOTIC, seu

Herba candida sudi simili Herba

Lonchifolia. Cap. XXI.

HERBA *Tzactlacocotic* quatuor drantes longa; folia producens oblonga, aspera. flores candentes, & paruos contectos calicibus; radicem furculosam, cuius cortices fusci sunt. Planta hæc habetur maximi à Tlacotepecensibus, apud quos nascitur. Radix calida est, & sicca, odora, resinosa, & subtrilium partium, temperieque illius *Amamaxilacotl* quæ fundit sanguinem. radix tusa & trium drachmarum pondere deuorata mirè sedat dolores.

De ÇAÇALIC TLACOPATLI,

seu Sudis glutinosa medicina Conuolu-

lo Cinnamomeo. Cap. XXII.



ÇAÇALIC TLACOPATLIS

ab alijs *Tlacozalic*, *Tzontzoloſic*, & à quibusdam *Apizotpatlis* à fluxu coercedo sic dicta ab alijs verò *Hoehispatis*, & *Quahuicxihuil* à nostris verò Cinnamomum, ob radicis eiusque plantæ iucundum, saporem, resinosum, & odoratum, nullum enim horum nominum petransire decet, aut ignorare, ne nomen aut linguarum diuersitas nobis pariat caliginem. Planta hæc volubilis herba est, folia ferens cordis figura, multis distincta interuenijs, magis acuminata, & prolixiora, glutinosa quadantenus, & saluosam naturam participantia, vnde factum est huic plantæ nomen. Caudales teretes sunt, folijs referri. radix lutea Rafano similis, digitum minimum, crassa non

omniñò fibris carens, iucundi saporis, resinosi & odorati. Nascitur in calidis, qualis est ager Huaxtepecensis, & Huacnahuaiacensis. calida enim & sicca temperie conitat. Hæc semiuncia pondere deuorata, vrinam egregie euocat, & quartanam curat, ante horrorem sumpta. Hydropicis medetur, dolorem ventriculi tollit, verum reducit, & conuulsionem enixæ curat, si ex vino sumatur. elicitus feruetur sudor. ac inflammationibus oculorum opitulatur. verum cum calida sit, id non aliter euenire putandum est, quam discussis humoribus.

De TOZONTOLLI, seu Lunco Capillato. Cap. XXIII.

TZONTOLLI lunci rotundi, & odorati species est, & fortassis ad Schoenannum pertinens Dioscoridis. radices fundit capillatas, & ex his caules rotundos, leues, & cauos: & in cacumine capitula lutea & oblonga: radices dulces sunt adstringentes, & odoratæ. tussi opitulatur, vrinam euocat, ventriculum, cor, & caput roborat, membra debilia firmat, vterinis auxiliatur affectibus: laxam aluum adstringit & fluxus cohibet. Nascitur Nexpe Prouinciæ Totonacapensis, montosis ac campestribus locis, pinguibus tamen atque humentibus.

De TOMAHVACTLACOPATLI Aristolochia Mexicana.

Cap. XXIV.



TOMAHVACTLACOPATLIS ab alijs *Tochromahuaactlacopillis* dicta, herba est volubilis folia ferens, cordis figura, similia illis *Çaçaliactlacopatlis*, ad cuius species videtur referenda, sed maiora & tenuiora; caules tenues, prolixos, geniculatos, & purpureos, purpureosq. flores. radicem longam, crassam, & pallidam; fructum vero crassiusculum, Cucurbitis striatis ac pentagonis quadantenus similem, referunt femine. nascitur in montosis ac calidis locis, qualis est Tlachmalacensis, & Huaxtepecensis. Radix est nonnihil amara, calens ordine ferè tertio, odora, gustu adstringenti & resinosa. Mederi dicitur tumoribus præter naturam imposita, dolores lenire, & frigora febrium pellere; cor, stomachum ac cerebrum roborare; emundare pectus ac ventriculum, & fluxum alui cohibere.

Ad Aristolochia genera hæc planta referri merito debet. flos eius reliquis congeneribus est similis, sed longus, crassius vero & ambitus non superant calamum scriptorium.

De

De CANINGA Arbore. Cap. XXV.

CANINGA. quam Arabs Auicenna *Rese aromaticum* vocat, arbor est magna, crassi caudicis, folia ferens Canellæ similia, sed tamen maiora & pinguiora, stipitemq. fuscum. florum & fructus nondum accepimus formam. prouenit in Insulis Cubi vbi descripta est, locis editis, & montosis. diripitur ei cortex veluti Cassiæ, qui tamen crassior est. ad eadem utilis, calidaq. & sicca. quarto ferè ordine natura. sapore Caryophyllorum, acri, sed paulò post euanescente. fercula magnopere commendat, sanguinem veluti Cassia quam vocant fistularem expurgat. venenisq. aduersatur. eius assule dentes aprè extergunt. ventriculum, & cerebrum absumpta in modica humiditate firmant, dolores ventris sedant, & flatum discutunt. Ius decocti confert articulorum doloribus ortis à causa frigida, si contritus ex vino decoquatur. Cortex non est vt Cassia etiam recens glutinosus, sed arens, atque leuigabilis.

Monardes huius arboris meminit, appellatq. lignum aromaticum, & in Haouana portu Cuba inuentum esse ait.

Idem lignum etiam depinxit & descripsit Cusius in notis ad Monardum.

De TZTLE HVAYOPATLI Radice Caryophyllea. Cap. XXVI.

ARBOR est *Tztle huayopalis* mediocris, folia Limoniæ mali habens similia, inferne tamen candida, hirsutaq., superne nigricantia flores candicantes, & modicos, ac fructum orbicularem, & paruum. Radices candidæ sunt & siccæ gradu tertio, acres & odoratæ gustu, sapiuntq. vocatos Caryophyllos, & possent vicem eorum, tum in ferculis tum in medicamentis compositis, supplere, atque farcire. cortices stipitum minus calefaciunt, & amaritudinis cuiusdam sunt participes. folia adhuc minus, Stœcada quadantenus odore imitantia. stipitum cortices duarum drachmarum pondere tusi, atque deuorati, dicuntur dysentericis maximam opem ferre. Nascitur in calidis *Tlanzi* collibus.

